

PRÆFATIO.

invenerunt & excoluerunt: qui tamen (proh dolor!) ob summam ingratitude[m], vel sub tyrannide Turcica, vel sub immanissimorū Barbarorū jugo, execrandā Idololatriā imbuti, miserrimam vitam agunt. Dico, ob summam eorum ingratitude[m]: quoniam enim præclara hæcce dona gratā mente nec agnoverunt nec usurpârunt, multò minùs ad eorum autorem & largitorem respexerunt; iram ipsius sibi contraxerunt. Qui, ipsis succensens, eos repudiavit, hisq; excellentibus donis aliquomodo privavit; ea ipsa Europæis, simul cum vera ipsius agnitione, ex merâ bonitate contulit. Siquidem, ante ducentos & quod excedit annos, viros aliquot, è Francia Orientali oriundos, Spiritu suo illuminatos ad nos amandavit, qui, comiter excepti, Mathesin & Astronomiam in Noriberga nostrâ & docere & excolere inceperunt, qui & ipsi in utilissima illa arte typographicâ, magis magisque propagandâ laudabilem operam navârunt perq; filios, ad prædictarum artium & scientiarum cognitionem adductos, ad nos transmiserunt. Hinc verum dicit, quicumq; dicit: Noribergam nostram, jam inde à natalibus suis, industrios Mechanicos